





17
2. B. V.
DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE

PRAECONIO
LEGIS ET EVANGELII,
in praxi asidue conjun-
gendo,

Quam

1701
114
P R A E S I D E
DN. JO. GEORG. NEUMANNO,
SS. Theol. Doct. Prof. Publico, Alumno-
rum Electoralium Ephoro, & Academiae
Bibliothecario,

*Domino, Patrono, & Praeceptore suo ad cineres
devenerando,*

publicae disquisitioni exponit

ADRIANUS BARFFE,

Hamburgensis,
AUCTOR RESPONDENS
H, L, G.

Die XV. Julii, Anno M D C C I.

WITTENBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

DEBUTATA THEOLOGICA
DE

PRAECONIO
LEGIS ET EVANGELII
in partibus asiduae contin-

genda,
P. I. DE
GEOGRAPHIA
et de
Historia
et de
Geometria
et de
Astronomia
et de
Physica
et de
Medicina
et de
Jurisprudentia
et de
Philosophia
et de
Poetica
et de
Musica
et de
Mechanica
et de
Aerologia
et de
Pyrologia
et de
Chymia
et de
Medicina
et de
Jurisprudentia
et de
Philosophia
et de
Poetica
et de
Musica
et de
Mechanica
et de
Aerologia
et de
Pyrologia
et de
Chymia

ADRIANUS WARTHE.
P. I. DE
GEOGRAPHIA
et de
Historia
et de
Geometria
et de
Astronomia
et de
Physica
et de
Medicina
et de
Jurisprudentia
et de
Philosophia
et de
Poetica
et de
Musica
et de
Mechanica
et de
Aerologia
et de
Pyrologia
et de
Chymia



VIRIS

*Summe Reverendis, Magnificis, atque
Excellentissimis,*

DN. JOHANNI
WINCKLERO,

ad D. Michaëlis Pastori gravissimo,
Ranzoviani Comitatus Præposito, Rev.
Ministerii Hamburg. Seniori
Venerando.

DN. JOH. FRIDERICO
MAYERO,

Doctori Theologo famigeratissimo,
Augustiss. Sveciæ Regi, Sereniss. Slesw.
& Cimbriæ Duci, atque Reverendiss. Ab-
batissæ Quedlinb. a Consiliis Ecclesiasticis
in Academia Kiloniensi Professore Publico celeberrimo,
& Ecclesiæ Jacobæ, quæ Hamburgi est,
Pastori longe Meritissimo.

DN.

DN. GERHARDO
MEJERO,

S.S. Theol. Doctori, hactenus Qued-
linburgi ad D. Bened. Past. Prim. Superin-
tend. & Consistoriali meritissimo, nunc
Superintend. & Pastor Primar. Brem. nec
non per Brem. æque ac Verd. Ducatum
Regio in Sacris Consiliario.

DN. EBERHARDO
ANCKELMANNO,

S.S. Theolog. Licent. longe Celeberrimo,
L. L. O. O. Profeflori longe
Meritissimo.

*Dn. Patronis, Præceptoribus & Promoto-
ribus obsequiosissime colendis.*

HANC DISPUTATIONEM THEOLOGICAM

submitte dicat & consecrat

TANTORUM NOMINUM

observantissimus cultor

ADRIANUS BARFFE.



I. N. J

§. I.



Vi haecenus Boëfianam causam de termino gratiae peremptorio defendendam suscepit, adeo sibi non temperat ille, ut Academicos viros, ceu imperitos cathedrarios allatret, & novam illis litem intentet, proposita hujusmodi quaestione: An

ob desperationis periculum unius vel alterius incertum, gratia Dei universalis erga re lapsos indiscriminatim, subinde exaggeranda sit, licet mille securi homines inde ansam certam peccandi capiant, aeternumque pereant? *Disput. de Term. gratiae Revocat. §. 52.* Quam quidem quaestionem non definit ipse, sed cordatis & prudentibus Theologis dijudicandam relinquit; adductis tamen Chrysofomi verbis, suam sententiam exprimit: *Quot putatis esse in hac civitate nostra, qui salvi fiant? infestum est, quod dicturus sum, dicam tamen: non possunt inveniri in tot millibus centum, qui salventur, quin & de his dubito. Quanta enim in juvenibus malitia? quantus in senibus torpor? Hom. 40. ad pop. Antiochenum.*

A 2

§. II.

§. II. Tametsi vero ne dignum quidem hoc *zinnua* putarint viri cordati, in quo decidendo tempus perdant; tamen cum semel iterumque hanc cramben apponat Dissentiens, & nescio quam victoriae laudem inde sibi promittat, animum mihi sumpsi, perquirendi hoc argumentum, non ut inter illos versari cupiam, qui totius controversiæ caput aggressi sunt, sed ut velut succenturiatus miles, vel minimam aliquam hujus causæ partem videar sustinuisse.

§. III. Quasi vero magnam, & omnibus necessariam scitu, quæstionem moverit ille, vernacula lingua denuo eam inculcat, & verbis non nihil immutatis proponit: *Ob man ohne Grund der heil. Schrifft den böshafftigen und verstockten Sündern (denn von diesen ist die Haupt-Frage) ohne Unterscheid / immer die allgemeine Barmherzigkeit und Gnade Gottes exaggeriren sol/ damit nicht etwan einer oder der ander Mensch/ unter tausend sichern Sündern / in Aufsehung gerathen möge/ hingegen so viele sichere daher Gelegenheit nehmen in Sünden zu ihrem ewigen Verderben zu verharren? im deutlichen Vortrag / §. 55. Hic, quæstionem ad induratos restringit, cum antea quæsiuisset de relapsis in-discriminatim. Tum aliquid de fundamento scripture admiscet, quod supra omiserat, sed non nisi frigide & frustra; cum per se constet, non ex Justiniano, aut Aristotele, sed ex Canone Scripturæ hanc litem judicandam esse. Porro addit: Die heiligen Propheten Christus / und die Apostel / haben traum Gottes Straff-Gericht/ und Gerechtigkeit mehr eingeschärfft: quasi vero Evangelii præconium omisissent? Denique con-*

controversiam hanc jam suo tempore perorata[m] dicit: Diese Frage habe ich vor 30. Jahren auch hier in der S. Nicolas Kirche von einem nunmehr in Gott ruhenden Lehrer des Wortes beweglich vortragen gehört / und nicht vernommen daß deswegen einer in Verzweiflung gerathen. Verum non mortuorum auctoritatibus, quorum monumenta non supersunt; sed argumentis & rationibus hic decertandum erat.

§. IV. Mirifice autem sibi placere viderur hoc suo *ἐπιθυμῶν*, ideoque & tertia vice repetit illud, & ceu nodum Gordium Venerando Dn. Rosteufchero objicit: *An ob desperationis periculum unius vel alterius incertum, expediat, gratiam Dei universalem erga relapsos citra discrimen (convertibiles an inconvertibiles sint,) subinde magis exaggerare & dilatare, quam Scriptura Sacra vult, licet mille inde securi homines ansam certam, in peccatis perseverandi, & differendi pœnitentiam, capiant, aternumque pereant? Epist. p. 36.* Ubi observes, etiam in hoc fluctuare Dissidentem, quod priori *Qvæst. de tentatis* disputarit, nunc vero de *desperantibus* loquatur. Tentatorum autem & desperantium minime eadem est ratio: sunt illi in fide; utut non sentiant se esse in fide; hi contra excussa fide, omnia salutis media rejiciunt ac detestantur; id quod probatione non eget.

§. V. Verum adeo sibi non constat Dissidentens, ut, cum bis *desperationis* periculum allegasset, tories quoque *tentationis* periculum urgeat, repetita vel quartum, eadem hac *qvæstione*: *Ob ein getreuer und gewissenhafter Lehrer/ ohne Grund der heil. Schrift/ denen boshafftigen und verstockten Sündern/ ohne Uns-*



terscheid/ immermehr die allgemeine Barmherzigkeit/ und Gnade Gottes exaggeriren sol/ damit nicht etwan einer oder der ander Mensch/ unter tausend sichern Sündern (zufälliger Weise) in Anfechtung gerathen möge/ (nehmlich daß er Gottes Gnade verschert) hingegen so viele sichere Menschen daher Gelegenheit nehmen/ in Sünden zu ihrem ewigen Verderben/ zu verharren? addito epiphonemate: das ist eine wichtige Frage/ auf welche Hr. D. Kraffewitz nichts geantwortet. Sie kam aber zu des Sel. Lutheri Zeiten auch vor/ da Joh. Agricola und die Antinomier nur von Gnade und Evangelio/ nicht aber von Gesetz und Gottes Straff- Gerechtigkeit predigen wolten/ damit die Leute nicht erschreckt würden/ aber Lutherus hat solche Schwermer mit grossen Eysen wiederlegt. dritte Beilage p. 70.

s. VI. Ut vero ad rem ipsam accedam; principio, minus cordate agit Dissentiens, quod statum causæ non apertius edisserat, sed magno studio implicet & confundat, imo fallaciam *πολυγνησιως* apertissimam prodat. Modo enim comparate loquitur: utrum unius vel alterius tentati major habenda ratio sit in causa salutis, quam complurium induratorum? cum *ἐξαρπίσσω* sit, erga quamvis animam Christi sanguine redemptam, DEUM pari cura, parique affectu propendere. Modo certum opponit incerto, adeoque sic quærit: An ob incertum desperationis periculum, certa hominum contumacium securitas, per concionem gratiæ uberiores alenda? Modo de *ἐξουθενία* disputat: An gratia Dei universalis erga re lapsos indiscriminatim exaggeranda sit? modo de *ἐξυπιδέντια*; utrum expediat, aut induratorum conversioni

fioni officiat continua gratiæ universalis exaggeratio? Denique & illud relinquit in dubio: an induratis, vel plane non proponenda Dei gratia, an vero saltem non exaggeranda? Nisi enim hæc omnia, distinxerit, clariusque animi sensa explicuerit, non quæstionem, sed *ὑποψίαν* quandam, & fluctuationem Theologo indignam Ecclesiæ objecit.

§. VII. Deinde præsupponit, & velut evictum assumit auctor, gratiam ad *convertibiles* tantum, non perinde ad *inconvertibiles*, ut vocat, pertinere; imo, *his* ad tempus saltem, adeoque ad terminum peremptorium usque, a Deo fixum; *illis* autem, usque ad ultimum vitæ halitum, annunciandam Dei gratiam esse. Verum hoc ipsum *πεῖραι Φέδος* est, & non modo a compluribus aliis, sed & a Dn. Præsidente meo jam factis abundeque profligatum. Nam hoc argumentum vel unum solvere hæctenus non potuit Termini peremptorii defensor: Quoscunque Deus per verbum legis & Evangelii adhuc vocat ad pœnitentiam, illis gratiam conversionis nondum subtrahit; Atqui induratos & refractarios Deus adhuc per verbum Legis & Evangelii ad pœnitentiam vocat. (disputamus enim de induratis in Ecclesia degentibus) E. Minorem praxis ministerii Ecclesiastici comprobat; Majorem evincit seria & unica Dei intentio, qua Deus per Verbum Legis *contritionem*, per verbum Evangelii *fidem*, in refractariis vult excitatam. Aut ergo concedat, oportet, Deum verbi annunciatione salutem indurati intendere; aut crassissimam Reformatorum hypothesin incurret, *de duplici intentione verbi*, quarum alia Deus salutem, alia damnationem homi-

hominis promotam cupiat: cuius erroris jam convictus, ne verbo quidem se liberare ab illo potuit in Vito Additam. nuper divulgato. Rectiora edoceri poterat à Socero suo, cuius verba hic orthodoxa sunt: Wir müssen den Ebrlichen Befehl Buße zuthun/ allezeit als einen solchen ansehen/ neben welchem **GDit NB.** allezeit auch die Krafft geben wolles/ wahrhaftig seinem Befehl nachzukommen/ und also Buße zuthun. Item: Welcheer durch sein Wort zur Buße einlader/ denselben gibt er durch eben sein Wort auch Krafft und Vermögen/ daß sie den Heil. Geist/ der in solchem Wort an ihren Seelen anklopfft/ Platz lassen/ und seine Wirkungen annehmen/ sie auch zur wahren Buße kommen/ und also Buße thun können. GlaubensLehre p. 818. Unde facile est argumentari ex hypothesi: Quibuscunqve **DEus** mandato injungit resipiscentiam, illis quoqve **NB.** *semper* vires dare intendit pœnitentiam agendi, **A.** etiam induratis **DEus** mandato injungit resipiscentiam, **E.** iisdem *semper* vires dare intendit pœnitentiam agendi; & consequenter, corrumpit terminus gratiæ peremptorius. Nam intentio vires semper dandi ad agendam pœnitentiam, & subtractio omnis gratiæ conversivæ e diametro pugnant. Sed hanc litem meam in præfenti non facio.

§. IIX. Ceterum & hæc Auctoris hypothesi falsa est: Concionem Evangelii in promiscuo cœtu ubi impenitentes æque ac credentes sint, intermittendam esse, quod metus sit, ne securi ansam, ut loquitur, certam in peccatis perseverandi & differendi pœnitentiam capiant. Itane bonum salutare, propter quorundam hominum abusus in Ecclesia intermittendum est? itane tantus cœle-

cœlestis sapientiæ thesaurus sepeliendus, ne offendiculum inde capiant securi? Error hic ne in sobria, quidem philosophia toleratus unquam; sed derisus in priscis Philosophis, qui divitias projiciebant in mare, ne his, velut mundi illecebris, a virtutis studio abstraherentur. Itaque Ingolstadienses Pontificii, cum negarent, *doctrinam de gratia Dei, per solam fidem impetranda, in Ecclesia proponendam, ne NB. contumaces & reprobi ansam in peccatis perseverandi hinc caperent*; durissime excepti sunt a B. Luthero, & his verbis refutati: Diesen Articul bekennen sie selbst/ er sey wahr/ und beweñren ihn aus St. Paulo und Habacuc/ und wollen doch/ er soll um Ergerniß willen der Bösen geschwiegen seyn. Ist das nicht eine erbärmliche Blindheit? bekennen/ er sey wahr/ und doch für Kezerey verdammen/ und das aus keiner Ursach/ denn NB. daß die Gottlosen sich daran ärgern. Du zarte theure Wahrheit/ mußt du nun eine Lügen heißen/ um böser Leuthe willen? Das heist Johannes den Kopff abschlagen/ um der Hure Herodias willen. Denn so möchte Herodes auch sagen/ wiewohl Johannes heilig ist/ so soll er doch billig sterben/ weil die Hure Herodias über ihn zornig ist/ *Tom. II. Alzenb. p. 773.* Idem error Pietistarum est, a cordatis Theologis jam pridem animadversus. Nam abolitionem privatam ex Ecclesia eliminatam cupiunt, eo, quod multi eadem, ad tegendam nequitiam suam abutantur. Sic & in altaria, baptisteria & suggesta, non secus ac in tria quædam idola declamant: ideo, quod per hæc, cultus quidam externus & hypocriticus, adeoque *opus quoddam operatum, variiqve abusus* in Ecclesiam invehantur. **Q**uin & sacra Cœnæ sese subducunt

B

cunt

cunt aliqui per annos complures, obtenso nescio quo, sacrae *anabaptistae* abusu; edisique libellis *de abusu Sacrae Cena*, non obscure profitentur; sanctis sibi, cum profanis, dignisque adeo cum indignis, nec concordiam ineundam, nec ullam adeo synaxin frequentandam esse. Vid. ex instituto hoc Thema discussam, a Dn. Præside in Programmate inaugurali Dn. L. Greenii per integrum.

§. IX. Porro, & aliam in hac controversia hypothesein observo, sed peræque erroneam, dum Evangelium pro asylo quodam securitatis vendit A. ex quo impii certam, ut loquitur, *ansam capiunt in peccatis perseverandi*. Quod *ἐγγύησις* & Pontificium, uti constat, & Anabaptisticum est. Nam Pontificii, docente Chemnitio, *vociferantur, doctrina Evangelii ali securitatem, & confirmari licentiam peccandi in animis hominum*; LL. P. II. p. 200. De Anabaptistis gemina docet Lutherus: *Sie verführen viele Leute damit/ daß sie schreyen/ das Evangelium sey nicht recht/ weil man sehe/ daß es keine Frucht bringe/ und die Leute böse bleiben; es müsse etwas mehr seyn/ denn das bloße Wort/ und Buchstabe/ der Geist müsse es thun/ und sie redlich angreiffen mit dem Leben: wenns Gottes Wort wäre/ würde es freylich auch Frucht schaffen. So fahren sie denn zu/ und sagen: Sie haben den rechten Verstand/ und die rechten Früchte/ und Leben/ Tom. V. Altenb. p. 917. Item: Die Wieder-Täufer sagen/ wir hätten das Evangelium mit dem Wort/ und Predigt/ es folge aber keine Frucht. Eben mit dem Wort/ keine Frucht/ führen sie die Leute vom Glauben auf die Werke/ und nehmen das Haupt Stück hinweg/ welches ist der Glaube an Christum. Ibid. p. 919.*

pag. 919. Equidem distingvere videtur velle inter
 scandalum *datum*, quod appellant, & *acceptum*, nec
 Evangelio tribuere securitatem, sed soli hominum
 impietati. Atenimvero palpum obrudit simpli-
 cioribus, nec ab errore se liberat. Nam ex quo *cer-
 tam capiunt ansam securi, in peccatis perseverandi, d'ffe-
 rendi pœnitentiam, æternumque pereundi*, ceu loquitur,
 illud causam in se habet, cur hic talis consequatur ef-
 fectus. Ratio est, quia certus & necessarius effectus
 arguit certam & necessariam causam. V. g. Ex qua
 Scriptura homines certam capiunt ansam illumina-
 tionis, illa omnino causam illuminationis in se habet.
 Iterum: ex qua arte, certam loquendi & scriben-
 di rationem capiunt tyrones, illa causam & princi-
 pium in se habet, hunc producendi habitum. De-
 niqve: ex qua arte certam capiunt lætitiæ mœsti,
 illam oportet in se habere vim lætificandi, & erigen-
 di cor hominis; & sic in ceteris. Deinde, quod
 ideo intermitti debet, ne *certam peccandi ansam*,
 inde capiant securi, illud manifesto arguitur, quod
 alat hominis securitatem, & ad licentiam peccandi
 invitet. Nam cur reticendam Dei gratiam univer-
 salem syaderes, nisi submerueres fore, ne istius gra-
 tiæ celebratio certam ac necessariam peccandi ansam
 suppeditaret securis? Longe aliter nos informat Apo-
 stolus, qui gratiæ Dei universali, non invitationem ad
 securitatem, sed manuductionem ad pœnitentiam,
 tribuit: *An nescis, quod bonitas Dei ad pœnitentiam te
 ducat?* Rom. II. 4. *Ubi vox d'xi non nudam & ineffica-
 cem intentionem agentis, sed simul motum efficaciter ordi-
 natum ad pœnitentiam, vel scopum, de quo sermo est, signi-*



ficat, uti interpretatur hunc Locum B. Scherzerus ex Rom. VIII. 14. Gal. V. 1. Corinib. XII. 2. Job. X. 2. Brev. Hulsem. p. 454. Tametsi vero Evangelium non sit concio pœnitentiæ, ceu delirabant Antinomi, per Evangelium tamen vocantur & invirantur homines, ut vocati deinceps, doleant de admissis, & in Christum credant. Nam Spiritus S. per Evangelium nos vocavit, ut confessio nostra Catechetica habet Art. III. Atque huc illustre Exemplum illud Petrinum facit, Act. II. 22. Petrus enim concione habita Evangelica, circiter ter mille vocaverat ad Ecclesiam, qvi verbo Evangelii convicti quærun: *Quid faciemus viri fratres?* sed respondet Apostolus: *Delictorum pœnitentiam agite* (sic vocatos per Evangelium ad ulteriora gratiæ dona non admittit, nisi peccata ex lege agnoscant prius, defleantque) *Et tum baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum* vers. 37. 38. Itaque præclare sibi constat aphorismus Paulinus: *Gratiam Dei Evangelicam ad pœnitentiam nos invitare*, l. c.

§. X. Denique mire semetipsum confundit Auctor quæstionis, dum induratis & inconvertibilibus, Legem Dei prædicandam esse contendit, (de his enim cum primis sibi quæstionem esse ait,) ideoque totum Ministerium nostrum perstringit, quod segnius legem tractet: *Die Heiligen Propheten/ Christus und die Apostel hätten Gottes Straff- Gerechtigkeit mehr eingeschärffet:* & tamen de induratis & inconvertibilibus ad ravim usque vociferatur, quod post elapsum gratiæ terminum, converti amplius non possint. In quem finem ergo inconvertibiles jubet per legem-
exci-

excitari, terreri, & ad poenitentiam duci, quostamen ipse statuit, ab omni conversionis spe esse exclusos? Nonne Lex etiam ex intentione Dei ad conversionem hominis salutarem destinata est? Certe, cum gratiam Dei, ut *sanantem, reficientem & vivificantem, imo instar pluviae ferotinae irrigantem, ac instar roris cadentem* descripsisset Hoseas c. VI. 1. 2. 3. 4. respondet, Jehova: *Propterea dolabo illos per Prophetas & occidam eos per verba oris mei: v. s.* (en, qui tam gratiosum se erga populum declarat, tamen ipsum vult verbo legis ceu ferramento, exasciare, polire, levigare:) *ut judicia sua, o Jesraël instar lucis egrediantur, quia misericordiam volo & non sacrificium v. 6.* Videat proinde Assertor termini peremptorii, quo pacto conciliare velit, ista: praedicandam esse legem inconvertibilibus, ut sine omni fructu abituram, (ob terminum gratiae jam elapsum): contra in periculo desperationis relinquendos esse tentaros, ut per Evangelium erigi & custodiri queant ad salutem. Paucis: certum & peremptorie decrerum esse, contumacium interitum; sed hos tamen per legem revocandos; incertam, contra & dubiam tentatorum damnationem esse, sed eosdem tamen sub legis execratione retinendos, & desperationis periculo subjiendos. In hunc Labyrinthum semetipsum conjicit Auctor, adeo, ut ipse neiciat, quo tendat, aut quid sibi velit: siquidem nec decidit quaestionem, nec explicat, nec ullo argumento suam opinionem fulcit. Nos ex istis mæandris eluctaturi uno alteroque aphorismo expediemus negotium: cum ut ex latebris protrahatur, qui turbat nos, tum ut Ecclesia in re dubia informetur.

§. XI. *Afferio 1. Lex & Evangelium ratione Οὐσιως toto caelo distincta sunt; sed ratione πρᾶξεως, quovis puncto Mathematico conjunctiora.*

§. 1. Utrumque pronunciatum Lutheri est, quippe qui in hunc modum de Legis & Evangelii discrimine differit: *Sicut in Philosophia, prima divisione, Substantia & accidens distincta sunt, ita in Theologia Evangelium & Lex, & per consequens, fides & opera tam longe inter se distincta sunt, quam caelum & terra inter se distant* Comment. ad Galat. c. III. Tom. IV. Jen. pag. 89. Quam arcte vero inter se copulentur illa: iudem Lutherus docet, inqviens: *Nihil magis conjunctum est, quam Lex & Evangelium, peccatum & gratia. Tam conjuncta enim sunt, ut alterum ab altero absorbeat; ideo nulla Mathematica conjunctio potest dari, quae esset huic similis.* Ibid. pag. 112. alibi, *quovis puncto Mathematico arctiora* vocat. *Comm. inc. II. Gal. p. 13.* Atque hoc Augustinus constanter repetunt, & inculcant Theologi. Sic Haepfnerus, quasi commentarium in haec verba Lutheri scribit: *Licet Lex & Evangelium secundum speciales conditiones considerata tantum differant, quantum terra a Caelo, non tamen contraria sunt ista duo genera, sed usu conveniunt mutuo, mutuas tradunt operas, mutuanque alunt concordiam, ita ut nulla dari possit Mathematica conjunctio, quae huic sit similis, teste Lubero. in LL. Theol. p. 303.* Idem quoque suum facit B. Dannhauerus: *Lex & Evangelium in praxi quovis Mathematico puncto conjunctiora, at in theoria & foro Justificationis sejunctissima sunt.* Hodorf. p. 488.

p. 488. seq. Itaque hoc effarum, ut canonem Theologicum allegat B. Kromajerus: *Lex & Evangelium in Ecclesia debent esse conjuncta & distincta. Distincta in Theoria: conjuncta & quovis quidem puncto Mathematico arctiora in praxi. Theol. Post. Polem. pag. 710.* Idem pro canone Theologico adducit Rappoltus in *Operibus* p. 799. & qui primo mihi loco nominandus erat Chemnitzius I. L. P. II. p. 212.

§. 2. Neque vero humana tantum auctoritate nititur hic canon, sed ipsis S. Literarum monumentis firmatur. Tantum enim hoc discrimen Legis & Evangelii facit Scriptura, quantum inter caelum & terram vix cogitari poterat. Sic Legem cordibus humanis inscriptam esse, docet, adeoque natura manifestam *Rom. II. 15.* Evangelium contra, carni & sanguini minime revelatum esse, *Matth. XVI. 17.* Legem dicit universo mundo denunciare *iram Dei, Rom. I. vers. 18.* Evangelium contra tori terrarum orbi manifestate *amorem Dei, Job. III. 16.* Verbum legis *retere peccatum* hominis, eidemque illud *imputare, Roman VII. 7. ps. CXXX. 3.* Verbum Evangelii autem *tegere, nec imputare homini peccatum Rom. IV. 7. 8.* Legem *occidere & damnare 2. Cor. III. 6. Marc. XVI. 16.* Evangelium contra *vivificare & salvare 2. Cor. III. 6. Rom. I. 16.* Plura hic enumerare non libet.

§. 3. Utut autem natura sua, tanto inter se discrimine distent Lex & Evangelium, nihilominus tamen vel puncto mathematico conjunctiora sunt, juxta Lutherum. Si enim *Objectum* spectes; Lex & Evangelium circa eundem hominem peccatorem, & eandem partem affectam occupantur. Lex peccatorem

sauciat,

fauciat, Evangelium eundem sanat. Quæ peccata Lex in publicano augebat, eadem gratia Evangelica auferebat; quæ conjunctione quid fingi propius potest? cum alterum absorbeatur ab altero, ut supra statuebat Lutherus.

§. 4. Deinde, si *modum operandi* observes, ita utriusque coarctatur ille, ut vel ἀποτελεσματικὸς dici mereatur. Nam Lex in convertendo homine agit, quod suum est, & contritionem operatur; Evangelium vero iterum agit τὸ ἴδιον, quod suum est, & in eodem homine fidem producit; unde *pœnitentia*, seu *conversio* oritur, quæ ceu ἐνέγγημα & ἀποτέλεσμα ex utriusque ἐνεργεία resultat. Vicissim in sanctificando homine, Lex præsto est, sed ut *principium saltem normativum*, ad quod actiones hominum dijudicantur; Evangelium vero, ut *principium productivum*, quod facultatem & vires homini suppeditat, in viis Domini recte incedendi, unde opus aliquod minime a lege, sed ab Evangelio *bonum* appellatur. Rom. XIV. ult. Cum itaque ad easdem numero actiones Lex & Evangelium concurrant, quid arctius hoc nexu poterat reperiri?

§. 5. Quinimo Lex & Evangelium unam propositionem unamque & eandem conclusionem affirmativam ingrediuntur; v. gr.

*Quicumque non credit in Deum, condemnatur,
Qui non credit in Christum, non credit in Deum, quia
Christus natura Deus est,*

Ergo:

Qui non credit in Christum, condemnatur.

Major

Major citra controversiam, Legis est: Minor vero Evangelii: *Conclusio* autem partim Evangelii, quod revelat credentes vel non credentes in Christum, partim vero Legis, quæ incredulitatem condemnat. Ubi distingvendum inter *objectum*, & *actum elenchiticum*. *Credere vel non credere*, Objectum Evangelicum est; qui enim credant vel non credant, Lex ignorat; at vero non credentes condemnare, ad actum elenchiticum pertinet, atque hic in se spectatus mere legalis est. Permultum autem refert hæc distinxisse, unde recte pronunciat Lutherus: *Qui bene novit discernere Evangelium a Lege, gratias agat Deo, & sciat se esse Theologum.* Iterum: *Hic Locus de discrimine Legis & Evangelii scitu necessarius est, quia continet summam totius Christiane doctrinæ, ideo quisque studiosus pietatis diligenter det operam, ut discat ista discernere non tantum verbis: sed & ipso affectu & experientia, hoc est in corde & conscientia.* *Quantum ad verba attinet, facilis est illorum distinctio, sed in tentatione senties Evangelium rarum, & e contra Legem, assiduum esse hospitem in conscientia &c.* Comment. ad Gal. c. II. p. 40. seq.

§. XII. *Affertio II.* *Necque vero sola Lex, nec solum Evangelium convertere hominem, aut ad veram perducere pœnitentiam potest.*

§. I. Alterum Judæi, Pharisæi, Photiniani, atque Anabaptistæ tradebant olim; alterum vero Cerdon, Valentinus & Marcion, in veteri Ecclesia defendebant, Legemque DEI, ceu contrariam Evangelio repudiabant. *Quem errorem, seu furorem potius,*
C
Lu

Lutheri tempore, Antinomi in scriptis & concionibus suis iterum propalarunt. Quo de Vid. Hutte-
rus in FC. p. 538.

§. 2. Quod itaque Legem attinet, intolerabilis contumelia est, qua nos afficit Auctor, ac si cum Antinomis faciamus, & Legem vel omittamus plane, vel faltem frigide in Ecclesia proponamus. Aliter nos obligant Libri Symbolici, quibus fidem nostram addiximus; aliud etiam testantur conciones quotidie habitae, quas qui audiverit, pro causa nostra ultro pronuntiabit. Ita autem Form. Concordiae subscribimus: *Hae duo doctrinae Christianae capita (Legem & Evangelium) credimus atque profitemur, usque ad novissimum diem sedulo, convenienti tamen discrimine, in Ecclesia DEI proponenda atque urgenda esse. Conciones enim LEGIS ejusque gravissimis comminationibus, in ministerio Novi Testamenti, mentes impenitentium hominum perterrefacienda, atque ad veram peccatorum suorum agnitionem, & ad agendaem poenitentiam sunt adducenda. Post agnita vero peccata ex Lege, mentes perturbata erigenda sunt, ut ex EVANGELII de Christo predicatione solidam consolationem capiant, atque confirmato animo sint, scientes, quod Dominus (siquidem Evangelio crediderint) omnia peccata per Christum ipsis condonet, eos propter Mediatorem in filios adoptet, & ex mera gratia, sine ullo ipsorum merito, justificet, & salvare velit.* p. 716.

§. 3. Sed hic operae pretium est, considerare, quam late pateat officium Legis, in salutis oeconomia. Lex non vocat hominem, sed potius a Deo repellit, nec invitatur ad gratiam, sed peccatorem redarguit, ac ter-

ret. Itaque per solum Evangelium *vocamur*, ut ex Catechesi nostra, superius professi sumus. Lex item non *regenerat*, sed Evangelii hoc munus est, dicente Apostolo: *Per Evangelium vos genui in Christo Jesu* 1. Cor. IV. 15. Jac. I. 18. Neque etiam hominem, Lex *justificat*, quandoquidem *adjuvat* justificandi eidem tribuit Apostolus, Rom. VIII. 3. non quidem *absolutam aut simplicem*, id quod tum in Dei ipsius, ceu auctoris Decalogi, tum in Legis divinæ ignominiam redundaturum erat; cum Lex, *per se bona ac sancta* sit Rom. VII. 12. 1. Tim. I. 8. hominemque in statu integritatis potuerit justificare; sed *respectivam & accidentariam*, ratione carnis nostræ, quæ Legem DEI, quantumvis in se sanctam bonamque infirmat, dum conditionem Legis implere, i. e. perfectam Legi obedientiam præstare haud potest. Gal. III. v. 21. Nec proinde ferendæ phrasæ ejusmodi comparativæ, quibus virus suum tegit, & Legi justificandi vim adscribit Novator: *Das nicht so wohl die Gerechtigkeit des Gesetzes / sondern vielmehr der Glaube dasjenige sey / welches uns die Gerechtigkeit zuwege bringt / und von Gott das ewige Leben erlangt.* D. Spen. in Ursachen der Seligkeit / p. 17. Quod si Dialectice hanc propositionem excutias, sensus emergit iste: 1) *Justitia Legis nobis justitiam & vitam æternam donat.* 2) *Fides etiam nobis justitiam & vitam æternam donat.* 3) *Aliquanto tamen magis Fides, quam Lex, justitiam & vitam æternam nobis donat.* Atque sic tamen Legi, justitiæ & vitæ æternæ acquisitio adscribitur, quod cum universa fide, Evangelica pugnat. Ceterum nec ipsa Lex *renovat* aut *sanctificat* hominem. Tametsi enim *usum normalem*

C2

præ-

præstet, & renatis mandatum Dei inculcet, ut in nova vita ambulent, tamen vires non suppeditat, quibus novam obedientiam inchoemus. *Spiritus autem Sanctus*, ut docet Form. Conc. *qui non per Legis, sed per Evangelii prædicationem datur & accipitur, cor renovat Gal. III. 5. V. p. 720. & 722.* Frustra proinde sunt, qui Legem hodie, & illam propemodum solam urgent in Ecclesia, ac, si vel maxime Evangelium adjungant, tamen & hoc ipsum transformant in Legem, & vel *Christianissimi prædici*, vel *officiorum Evangeliorum titulo*, (*Evangelischer Lebens-Pflichten*) eam populo inculcant.

§. 4. Ecquid autem officii est, quod Legi hic relinquitur? plurimum sane. Nam initio immorigeros & refractarios coercet, ac velut malleo concutit. Nam Lex posita est *injustis, immorigeris, impiis, peccatoribus sceleratis & profanis, patricidis, matricidis, homicidis, scortatoribus, &c. 1. Tim. I. 9.* Deinde omnes homines convincit de peccato, ut *omne os obstruatur & totus mundus obnoxius fiat Deo Rom. III. v. 19.* Ulterius cum hominem vulneravit, a se abigit ægrum, & remittit ad Christum, velut Medicum. Cum velut carcere conclusum tenuit, dimittit eundem ad suum Redemptorem. Quin & , ubi ceu rigidus quidam Orbilius eum durissime castigavit, tandem in libertatem prodire finit, & sic demum *pædagogus noster est ad Christum, ut ex fide justificemur; at simulac venit fides, non amplius sub pædagogo sumus. Galat. III. 24. 25.* Justos denique in via virtutis ducit ac dirigit, necespitent, & a via recta discedant: *Ps. CXIX. 105.* Itaque in conversione hominis illud præcipue præstat, ut
agni-

agnitionem, dolorem, & detestationem peccati, verbo: contritionem exciter: quæ tamen ipsa non *medium causalitatis* ad salutem, sed *medium ordinis* tantum est. Vid. B. Hülsemannus, qui priorem sententiam de *medio causalitatis* publice retractavit, *Breviar. p. 502.*

§. 5. Nec ipsum Evangelium totam hominis conversionem abolvit. Nam, quod concio gratiæ est, illud contritionem prædicare non potest. Jam vero nisi cor Lege contritum fuerit, ad recipiendam fidem idoneum non est. Non enim fides cadit in cor durum aut superbum, sed *cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.* Pl. LI, 19. *Esurientes tantum implet bonis, i. e. qui esuriunt & sciunt justitiam Matth. V, 6. sed divites dimittit inanes. Luc. I, 53.* Quamobrem voces non nisi contumeliosæ sunt, in Pietistarum libellis passim deprehensæ, quibus nobis imputant, ac si penitentiam doceamus, omiffa, quæ antecedere debeat contritione. Nos *mutuam utriusque operationem*, cum B. Huttero, defendimus, *ita quidem, ut Lex Evangelii, Evangelium vero Legis ministerio in perficiendo conversionis opere, licet distinctissime utatur. in Form. Conc. pag. 554.*

§. XIII. *Affertio III. Itaque præconium Legis & Evangelii in praxi, & promiscua hominum multitudine, assidue conjungendum est.*

§. 1. Praxin Legis nonnisi ad illos fidei Articulos extendimus, in quibus Lex officium suum exerit. Aut enim impenitentes ac immorigeri sunt, circa quos

verbi minister occupatur, aut poenitentes & iustificati: illis Legem juxta & Evangelium annunciat, ut convertantur, i. e. ad *contritionem & fidem* perducantur; his itidem, ut ne exorbitent, sed in studio virtutis pergant, & veros fidei fructus edant; id, quod Legis æque ac Evangelii conjunctio iterum præstat.

§. 2. Insuper distingvendum censemus inter promiscuam hominum multitudinem, quam sigillatim Verbi minister, quoad fidem & mores perspectam non habet; & inter certa hominum individua, quorum fidem & vitam aliquanto penitus exploravit. De his non disputat Dissentiens: ipsique largimur ulro, Verbi præconera, ubi notorium peccatorem cognovit, privatim illum convenire posse, ac Legis Verbo ad agnitionem & dolorem peccati impellere, *exemplo Nathanis, 2. Sam. XII, 1.* Quin & ubi hominem tentatum,prehenderit, boni Pastoris per æque est, seorsim adire illum, & Verbo Evangelii erigere ac consolari, ad exemplum Christi *Matth. IX, 2.* & Pauli Apostoli, qui obtestatur Corinthios, ut incestuosum mature consolentur *ne immodico dolore absorbeat.* *2. Cor. II, v. 7.* Atque in hunc finem, potestate clavium ligantium & solventium sacrum ordinem instruxit, Christus *Matth. XVI, 19. c. XVIII, 18.* & *δρακονια καταλ-λαγης, seu ministerium reconciliationis* instituit, *ut mundum reconciliaret sibi 2. Cor. V, 19.*

§. 3. Quæstio ergo est de promiscuo cœtu, in quo contumaces ac improbi, juxta cum credentibus & probis reperiuntur. De hoc affirmamus: nunquam ita divellendam esse Legem ab Evangelio, ut in gratiam securorum sola Lex, & in gratiam poenitentium

tium solum Evangelium prædicetur. Nam in hoc nos confirmat I) *Praxis ipsius Christi*; quippe qui Sacerdorem & Prophetam sine Exemplo egit; qvalis autem ejus ad multitudinem concio? *Resipiscite*, inquit, (en verbum Legis) & *credite Evangelio*, (en verbum Evangelii, quod illico cum priori connectit,) *Marc. I, vers 14*. Tametsi enim non corpus totius concionis, sed summam tantum recitet Marcus; tamen ex hac ipsa, de toto sermonis habitu, facile fuerit judicare.

§. 4. Idem hoc II) *Praxis Apostolica* demonstrat, Ira Johannes, qui omnibus Prophetis & Apostolis longe superior fuit, *predicans in deserto Judææ*, i. e. in totius Judææ, & Hierosolymæ concuriu *Matth. III, 1*. & s. haud dubie noverat, maximam auditorum partem maleferiatam ac improbam esse, & tamen utrumque verbum conjungebat: *Pœnitentiam agite*, inquit, (qui ipsius legis effectus est) *in propinquo enim est regnum cælorum*, (hic gratiam confestim Evangelicam addit, suosque ad fidem in Christum, invitatur, quem verum mundi Servatorem esse, ex Scripturis Vet. Test. evincit:) *Nam hic est ille, de quo dixit Esaias Prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, & rectus facite semitas ejus, v. 2, 3*. Licet vero & irri-fores, Phariseos & Sadduceos cœrui suo interesse cerneret, quos *progeniem viperarum* appellat, iisdemque *iram venturam* denunciat, v. 7. tamen ideo concionem mere Legalem non habet, sed per *usum salutem Epanorthoticum* illos speciatim stringit, ut quivis intellexerit ad pœnitentes hunc zelum minime pertinere. Quid, quod ipsa hæc redargutio mox in-

con-

concionem Evangelicam exeat, & de Christi persona atque officio, totam multitudinem præciare informet *v. 11.*

§. 5. Nec minus ex concione Stephani Protomartyris idem dispalescit. Nam & hic coram Concilio Judæorum, initio Christum ex typis V. T. demonstrat, cui cum fidem dare nollent refractarii, Legem subnectit, eosdemque sic increpat: *O duri cervicæ, & incircumcisi corde & auribus; vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut Patres vestri, ita & vos. Act. VII, 51.* Ex quo libertatem *παιδείας* simul observes, ut, sive Legem præmittas, sive Evangelio subnectas, perinde sit futurum. Expendamus enim concionem Petri, Apostolorum facile Principis; hic coram Senatu Hierosolymitano a Lege exorditur, *Act. V, 29.* & tum demum de Christi passione, sessione ad dextram, missione Spiritus Sancti, & aliis beneficiis Evangelicis, nervose differit *vers. 30, 31, 32.* Denique egregia Pauli oratio est, in magna hominum multitudine habita *Act. XIII, 16.* Totum fere corpus sermonis Evangelicum est, atque hoc argumentum tractat: *Omnes, qui credunt in Christum, justificari vers. 39.* tandem vero comminationem Propheticam addit, qua in pertinaces & incredulos verbis Prophetæ involuitur, *v. 40, 41.*

§. 6. Neque vero non III) ex Praxi Prophetarum id conficitur. Ac proinde mitius agendum erat, cum Ministerio Ecclesiastico, quod Auctor censorio quodam supercilio objurgat, ac si contra Prophetarum & Apostolorum morem, legem frigidissime tractet. Quinimo nostros, *Tractatores Paschales* (*Öster-Prediger*) per contumeliam vocat. Sed vapulent ita infanti
Anti-

Antinomi, qui Lege in curiam ablegata, solum in
 Ecclesia Evangelium proponebant. Nos Prophe-
 tarum methodum adhuc servamus, quippe qui nun-
 quam, verbo Legis ita perterruerunt auditores suos;
 quin vel eodem capite, vel certe non longius remo-
 to, promissionibus Evangelicis, eosdem erexerint,
 vicissim, & in fide confirmarint. Longum foret ex-
 emplis rem conficere, nisi jam in regulam herme-
 neuticam abiisset sententia: *Prophetas a concione le-
 gali ad concionem Evangelicam illico transire: vid. Calovius
 Bibl. illustr. ad Prophetas p. 7.* Idem jamdudum obser-
 vatum Luthero est: *Es ist kein Buch in der Bibel/dars
 darinnen nicht beyderley sind: Gesetz und Evangelium:
 Gott hat sie allewege beyeinander gesetzt/ beyde Gesetz
 und Zusagung: Dann er lehret durchs Gesetz/ was zu
 thun ist/ und durch die Zusagung/ wo mans nehmen soll/
 in Postillis Eccles. Dom. III. Adventus p. 49. In eundem
 sensum non imperitus aliquis cathedrarius, sed cor-
 datus certe Theologus, B. Scriverus inquit: Alle Blät-
 ter der Heil. Schrift sind ein Dend. Zeichen der Gnade
 Gottes: (arrigant hic aures Termini peremptorii
 defensores, & insignem hanc sententiam notent:)
 Die allerheftigsten Predigten der Propheten/ sind mit den
 allerreichlichsten Verheissungen/von Vergebung der Sün-
 den gemengt/ anzudeuten/ das der gerechte und heilige
 Gott eben darum schreckt und dräuet/das er möge Ursach
 haben/ denen erschrockenen und betrübten Herzen Gnade
 zu erzeugen. Seelen-Schatz. P. I. p. 614.*
 §. 7. Plura profecto, nec infirma suppetere ar-
 gumenta, nisi res salva esset, & ad liquidum perdu-
 cta. Accedit & IV. *Praxis Ecclesie nostrae;* quippe quæ
 cum



cum Apologia & Formula concordiae decet: *Ad salutarem & veram poenitentiam non sufficit Legis praedictio, sed accedere oportet Evangelium. Hoc modo duo haec doctrinarum genera coniuncta sunt, & ambo urgenda sunt, certo tamen ordine, & convenienti discrimine observato. F. C. pag. 713.* Atque hinc est, quod in Ecclesiis nostris; Usus, & Elenctici & Didactici, & Epanortistici, & Pœnitici, actandem Paracletici, ex Scripturis deducuntur; certo indicio, non alterutrum, sed utrumque verbum in Ecclesiis nostris doceri. Inprimis vero, in hac sententia Doctorem ac ducem omni elogio majorem, habemus Lutherum: *Diese zwe Predigten (des Gesetzes und Evangelii) muß man lehren/ und NB. zugleich mit einander treiben; denn wenn man bey einerley Lehre bleibet/ so istz nicht recht/ denn das Gesetz macht allein dürstig/ und dienet nirgends zu/ als daß es die Herzen erschrecke/ das Evangelium aber macht allein voll/ fröhlich und lebendig/ und tröstet die Gewissen. &c. Tom. V. Altenab. p. 736. Adde B. Balduinum. Theologum, a rerum usu, & iudicii acumine maximopere celebratum, cujus hæc verba sunt: *Due partes Doctrinae Christianae a ministris Ecclesiae NB. semper sunt conjungenda: I. Lex, de qua Paulus noster 1. Tim. I. v. 9. quæ primum coercentur contumaces; ut loco dicto docetur: deinde arguantur peccata, quæ pertinet illa correptio delinquentium, quæ Timotheo præcipitur. c. VI. 17. porro regitur vita hominum, vitia corripiantur, & commendantur virtutes, quæ referenda est exhortatio, quam Paulus jungit doctrinae. c. IV. 13. it. c. VI. 3. II. Altera pars doctrinae est Evangelium, de cuius Summa agitur c. I. 14. quæ nihil aliud est, quam concio gratia de gratuita remissione peccatorum.**

propter Christum. Unde concludit: Manifestum ergo est, Ministros illos officio suo non recte perfungi, qui alterutram tantum partem doctrinae caelestis proponunt, vel in peccata hominum invehendo, vel placentia saltem predicando: utriusque temperatura requiritur, alias Ecclesiae edificatio non sequetur. in Institutione Ministr. verbi p. 114. 115.

§. XIV. Assertio IV. Neutiquam ergo nuda Legis concio, ad certum temporis intervalum, continuanda est, nec Evangelium ipsum, in Legem perverse commutandum.

§. 1. Novi sanctulos, & illos quidem Legis observatione vehementer inflatos, qui ad certam temporis periodum, concionibus Legalibus instant: easdemque eo usque continuant, donec ad desperationem, (zur Zweifel-Angst) vel ut alii paulo mollius vocant, ad penitentiae cruciatum (zur Buß-Angst) suos compellant. Atque his ipsis frigidam suffundit Dissentiens, quando conciones Legis acriores, at gratiae Evangelicae exaggerationes remissiores esse, desiderat.

§. 2. Sedenim vero, ubi sola Legis concio sonat, ibi vel hypocritae evadunt, vel desperabundi. Id quod Formula Conc. semel iterumque praeclare docet. Velum illud Moysi omnium hominum oculis est obductum, quamdiu NB. solam legis concionem, nihil autem de Christo, audiunt; itaque peccata sua ex Lege non vere agnoscunt, sed aut hypocritae fiunt, qui iustitiae propriae opinione turgent, quales olim erant Pharisei, aut in peccatis suis desperant, quod Judas proditor ille fecit. p. 593. Rursum: Nuda illa Legis predicatio sine mentione Christi, aut inflatos hypocritas efficit, qui sibi

imaginantur, quod legem externis operibus suis implere valeant, aut homines ad desperationem adigit pag. 71. Ratio solidissimæ hujus doctrinæ in promptu est, quia utriusque, vero & præcipuo Legis usu excidunt, qui est pædagogia ad Christum Gal. III, v. 24. Unde & finis Legis, dicitur Rom X, 4.

§. 3. Et hypocritas quidem, quod spectat, quia opinionem impletæ Legis, propriæque justitiæ concipiunt animo suo, non terrentur a Lege, nec conteruntur aut humiliantur, nec ad agnitionem & detestationem peccati perducuntur. Nam, si quis non est homicida, adulter, fur, sed abstinet saltem externe a peccatis, ut Pharisæus ille, is juraret se esse justum, ideoque concipit opinionem justitiæ & præsumit de bonis operibus & meritis suis, ut Lutherus egregie docet, atque sic pergit: Quare proprius & verus Legis usus est, (ut in monte Sina) tonitru & clangore buccinæ perterrefacere, fulmine prosternere & contere istam beluam, quæ vocatur opinio justitiæ. (Talem profecto beluam in corde suo hodie alunt novaturientes, qui reliquos, ceu irrogenitos, carnales & paganos despiciunt, ipsi vero de gradibus sanctitatis, divitiarum & Lege ateneris unguiculis servata, thraconice, gloriantur, vid. Dn. Præsidis Prodronus Anti-Spen, p. 81.) Donec enim opinio justitiæ in homine manet, manet incomprehensibilis superbia, præsumptio, securitas, odium Dei, contemptus gratiæ & misericordiæ, ignoratio promissionum & Christi. Tales hypocrita, Lutherus pergit, ore quidem non dicunt: Ego sum Deus, ego sum Christus, revera tamen divinitatem & officium Christi sibi arrogant, ideo revera dicunt: Ego sum Christus, ego sum Salvator, non solum meus, sed & aliorum l.c. p. 84. Ecquid verius de Fanaticis nostris dici poterat, qui pro



pro hac phrasi, etiam in articulo de Sanctificatione, usurpanda, vel maxime pugnant.)

§ 4 De ipsis desperabundis res multo est clarior. Quodsi enim continuo Legem audiant, periculum est, ne tandem sub hoc onere concidant, quia nihil percipiunt de fine Legis, qui est Christus. Itaque abutuntur Lege, qui terrores ipsius sentientes, non intelligunt eos tantum durare debere ad Christum. In his abusus ille est causa desperationis, ut in hypocritis est causa superbiae & presumptionis. Lutherus l. c. p. 111. 112. 113. Quapropter veteres lepido quodam apologo hanc doctrinam illustrant. Fingunt enim gallum novem annos supergressum, parere ovum, ex quo prodeat basiliscus, qui vel solo aspectu enecet hominem. Id quod, cum naturae & experientiae repugnet, per galli cantum, Legem designant, quae ubi iusto diutius terrefaciat peccatorem, basiliscum excludat, i. e. desperationem lethalem. Integro libello id explicuit Erasmus Alberus, vom Hahnen-Ey / daraus ein Basilisck wird / mit seiner Bedeutung aus der Schrift. Ubi inter alia sic pergit: Das Hahnen-Krähen bedeuret die Predigt des Gesetzes; wann die Predigt des Gesetzes über Hand nimbt / und veraltet / d. i. wenn der Mensch nichts mehr höret / denn Gesetz / weiß nichts vom Evangelio; solche Gesetz-Prediger legen Basiliscken-Eyer / denn ihre Predigt wüch den Tod. Drum lasse man den Hahn nicht zu alt werden / noch zu lange Krähen / (d. i. man höre nicht immer das Gesetz) und würg ihn bey Zeiten / &c. Also müssen in der Christenheit / allezeit diese zwo Predigten mit einander gehen / eine / die da schrecket / die andere / die da tröster. Wer diese zwo Predigten nicht mit einander führet / ist ein böser Hauff



Haus: Halter & Sties / &c. id quod per integrum. Tractatum pulcherrime persequitur.

§. 5. Inprimis autem Metamorphosis illa, qua Evangelium commutant in Legem, maximopere detestanda est. Utur enim Evangelii doctrinam modis omnibus præ se ferant, dum & publice profitentur illud, & anniversaria ratione explicant: tamen omnes conatus, omniaque studia eo convertunt, ut fidem in bona opera, & Evangelium in Legem transfundant. Paria de fanaticis sui quoque temporis observat Lutherus: *Videri quidem volunt, se quoque Evangelium & fidem Christi pure docere, ut nos: sed quando venitur ad usum, sunt Doctores Legis, per omnia similes ipsis Pseudo-Apostolis. Comment. in c. II. ad Gal. p. 49.* Et vero res ipsa loquitur. Nam totius Scripturæ Scopum, ad bona opera trahunt illi: *Es läuft endlich alles auf das Thun hinaus/ præeunte sic Da. D. Spenero P. I. Thät. Christenth. p. 15. Alle Schrifft läuft endlich auf das Thun hinaus / ibid. p. 51. Es liegt alles an dem Thun / ibid. p. 73.* Ergo & Evangelium, quod omnia nobis donat, manifesto transit in legem, quæ omnia a nobis exigat. Porro fidem, utur fiducia in Christum, vel maxime nitatur, tamen esse, *vanam imaginationem, idolum cerebri, diabolicam deceptionem, nisi per charitatem animetur: Er sey ein Wahn-Glaube / Hinn-Gespens! ein teuflischer Betrug / u. s. f. Idem, in der Gl. Lehre / p. 334-312.* Sed respondeat pro nobis Lutherus: *Ea fides, quæ apprehendit Christum Filium Dei, & eo ornatur, non quæ includit charitatem, justificat. Quomodo aut per quid per gemmam Christum, quem fide possidet. Hoc adversarii non intelligunt, ideo abiciunt gemmam, Christum, & in locum ejus reponunt charitatem.*



zatem, quam dicunt gemmam. Cum autem ignorent, quid fides sit, impossibile est, eos habere fidem. Quod autem habent, somnium, opinio, & ratio naturalis, non fides est. Comment. in c. II. ad Gal. p. 32. Plura in presenti non attingo, præsertim cum Dn. D. Blumbergius haud ita pridem, in *Confutatione orthodoxa hypotheseos Majorislice*, ad oculum demonstravit; fidem in ipso justificationis actu practicam non esse; eademque opera plures ejusmodi *Phylaxius* Pietificas ex solido discussit. Cetera vero omnia Ven. Dn. Bücherus præstitit, in recenti opere, quod *Lutherum Anti-Pietistam* vocat, ubi deviationes Spenerianas a Luthero, per omnes fidei Articulos, verbis e regione positis, luculenter ostendit. Nobis vero redeundum in viam est.

§. XV. *Affertio V. Minime igitur ob quorundam hominum securitatem, gratia Dei universalis vel celanda, vel remissius in Ecclesia Dei tractanda est.*

§. 1. Hic cardo quæstionis est, iam supra nobis quodammodo excussus. Et sane, nihil magis vel absconum, vel a Theologia alienum esse censeo, quam consilium Dei de salute nostra, tam clare revelatum, ob scandalum quorundam acceptum, dissimulare, aut prorsus recidere. Doctrinam de prædestinatione, negant Reformati, in Ecclesia proponendam, ne forte ansam desperandi inde capiant pusillanimes: sed an ideo hic articulus a nobis omittitur? Per hanc hypothesin, ne Nomen quidem Dei prædicandum foret, cum & illud a plurimis profanetur, & irreverentius habeatur. Per eandem hypo-

hypothefin, nec Christus in forma Servi mittendus fuerat, cum etiam *multi offenderentur super eo, Matth. b. XIII, 57.* Non nesciebant Apostoli pro scandalo & stultitia habitum iri Evangelium, sed ideo annunciare illud minime cessabant. *Prædicamus, inquit, Christum crucifixum, Judæis scandalum, Græcis vero stultitiam 1. Cor. I, 23.*

§. 2. Tandem in nostram sententiam, prædicum adduco Theologum, B. Scriverum, ne cum imperitis cathedrariis sinistre iudicasse de hac re videar: Dessen ungeachtet/ (daß etliche die Gnade Gottes auf Rathwillen ziehen) muß diese heilsame Lehre reichlich fürgetragen werden: man muß den Kindern das Brodt nicht entziehen/ ob schon die Hunde zuweilen ein Stück davon abschnappen/ und es ihnen aus den Händen nehmen: man muß die feilschen Quellen/ und die Brunnen/ welche lebendiges Wasser geben/ nicht verstopfen und füllen/ ob schon die Thiere/ die Schlangen/ die Wölffe/ die Füchse/ die Säue/ mit daraus trinken. Ein Prediger muß seyn wie sein Herr und Gott/ der läßt regnen über die Gerechten und Ungerechten; der edle und fruchtbare Morgen-Thau fällt nicht nur über die Saath/ und andere nützliche Kräuter und Pflanzen/ sondern auch über die Dorn-Püschel/ Distel-Köpfe und Nessel-Streduche. Wir predigen süßiglich und tröstlich von der Gnade/ die bußfertigen Herzen zu erquicket und zu trösten/ die unbußfertigen aber zu erweichen und herbeizulocken/ &c. Seelen-Sch. P. I. p. 610. seq. Plura non vacat exequi, cum, remis velisqve redeundum mihi in patriam sit; ut proinde de-properatam magis, quam elaboratam hanc operam

Lector æqui boniqve consulat, quantis possum, precibus oro atqve contendo,

S. D. G.

Recte Evangelium, praxi, cum ful-
mine Legis

Conjungis, quod idem dogmata
nostra docent.

Auspiciis incepta suis conamina
tanta,

Dignetur læto finē beare DEUS.

Gratulab. scrib.

PHIL. LUDOV. HANNEKENIUS, D.
h. t. DECANUS.

Dum tua divinos volvunt præcor-
dia sensus,

Excutiuntque suis femina prava
fibris;

Patria lætatur: quin purior exsilit
orbis,

Ac pandit studiis templa verenda
tuis.

*Nobilissimo Dn. Auct. Respondenti, de edito doctrina
Academica specimine soleniter gratulatur,
utque studiorum suorum fructum, quam pri-
mum percipiat, ex animo precatur,*

PRÆSES.

Inge.

Ingenii præclara tui molimina
Barfi,
Successu læto Fata benigna ju-
vent.

GEORG. FRIDER. SCHROEER,
Log. & Metaph. P. P. Ord. Phil.
DECANUS.

ENtibi quem Virtus, Urbs Patria, quemque
Labores.

Sacra Civem conciliare student.
Excipias gremio Natum, foveasque, subire.
Sub Duce quem magno prælia sacra juvat.
Illustrare Tuas hæc perget gloria Laudes,
Hoc eris egregio munere fausta parens.

Nobiliss. ac Clare-Docto
DOMINO CONTERRANEO
applauder

DAVID GERSTMANN, Hamburg.
Ord. Phil. Adj.

☉(○)☉

ULB Halle

001 507 494

3



TA-50L

VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

17

2. B. V.
DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE

PRAECONIO
LEGIS ET EVANGELII,
in praxi assidue conjun-
gendo,

1701
116

quam

P R A E S I D E
DN. JO. GEORG. NEUMANNO,
SS. Theol. Doct. Prof. Publico, Alumno-
rum Electoralium Ephoro, & Academiae
Bibliothecario,

*Domino, Patrono, & Praeceptore suo ad cineres
devenerando,*

publicae disquisitioni exponit
ADRIANUS BARFFE,
Hamburgensis,

AUCTOR RESPONDENS
H. L. C.

Die XV. Julii, Anno M D C C I.

WITTENBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

